

STRIMENTA à balneis calfaciunt, molliunt, discutiunt: ad sedis rimas, & condylomata illinuntur. Illa uero, quæ ex palæstris puluerem sibi adscierunt, in fordis speciem redacta, articulorum nodos imposita adiuuant: ischiadicis in fatus, aut malagmatis locum, calida commode sufficiuntur. Derasæ gymnasiorum parietibus, simulacrisque fordes, calfaciunt: tubercula, quæ à græ ad coctionem producuntur, dissipant: desquamatis, & ulceribus antiquis profunduntur.

Olei consideratio-

M V L T O quidem artificio ueteres utebantur ad componendum multifarium oleum, ut ex Dioscoride satis superque constat. Quod tamen hac tempestate à nobis fieri non solet: quanvis fortasse apud Græcos eiusmodi parandi olei consuetudo minime exoleuerit. Quippe id tantum in communis omnium usu apud nos habetur, quod è matutis oliuis exprimitur: tametsi quidam, quod & gustatu iucundius, & sanitati conducibilius sibi oleum comparare uelint, id ab immaturis oliuis exprimant, quas eo tempore legunt, cùm ipsæ iam plenè fluae tantillum subrubescere ceperint. Cæterum non mirum est, si ueteres & illud candidum reddere, & multis parare modis curabant: siquidem non modò in ciborum condimentis oleo frequenter utebantur; sed etiam ut agiliores, promptiores, ac expeditiores euaderent ad obeunda corporis munera, frequentius sibi totum corpus oleo perungebant. Quia de causa & balneari frequentabant, & thermas, namque olei contracta fordes, ut corpora sepius perluerentur, maximè expetebat. Obiabant autem id muneris serui in balneis, qui non modò corpus totum intrantibus abluebant, sed & ipsum quibusdam strigilibus abradebant ad hoc opus aptissimum, quas alij ex auro, nonnulli ex argento; quidam ex ferro, aliqui ex ebano, ac etiam ex præclaris lapidibus sibi comparabant, denique pro nobilitate, & facultate eorum, qui ad balnearia confluebant. Quapropter dum se in ipsis balneis abradere, sudoremque emanantem detergere curabant, olei strigmenta, quo se prius perunxerant, in balnei aquam decidebant: quorum hic meminit Dioscorides. Fuit præterea in magno, ac præcipuo usu apud ueteres oleum ad perungendos athletas, qui in the atris palestræ nudi luctabantur, non solum ut eorum corpora agiliora, expeditiora, in certamine redderentur, sed ut etiam ij difficilis sece manibus comprehendenderent. Cùm autem ibi puluis ob pedum frequentior em motum concitaretur, athlete ipse oleo affutum perunxit illum in se facile contrahabant; ac multò magis cùm in terram alter alterum consernebat. Quare balneum ingredi, strigilibusque abrasi cœnosæ strigmenta relinquebant, quibus artuum affectibus Dioscorides mederi tradidit. Sed cùm plurimi athlete oleo copiose perunxi inter luctandum palestræ pectibus, ac statuis lapideis se sepius affricarent, contacta loca olei pinguedinem contrahabant. quo facile fiebat, ut adueniente puluere cœnosum quoddam unguem parietibus inhereceret: de quo etiam Dioscorides differuit. Olei facultates fuisse prosecutus est Galenus lib. vi. de simplicium medicam. facult. sic inquiens. Oleum, quod ex oliuis conficitur, quod sane propriissimo nomine oleum appellamus, cuiusmodi sit temperaturæ, superioribus libris definitum est. quippe humectatorium esse, & moderatè calidum ostendimus. Eiusmodi est, quod est dulcissimum, fitque potissimum ex oliuis, quas Græci δοντες vocant, nos drupas. Cæterum quod omotribes, & omphacium nuncupant, id quantum in se habet ad strictionis, tantum etiam illi inest frigiditas. Porro oleum uetus, quod quidem ex dulci inueterato efficitur, & calidus est, & magis discussorium. Quod uero ex immaturo, id dum reliquum quippian seruauerit ad strictionis, misterie permanet facultatis: ubi uero illam prorsum abiecerit, reliquo fit simile. Quinetiam quicunque in præparando germina iniiciunt, ij & ipsi omphacino simile oleū efficiunt. Cæterum roganum non est, quo pacto sit præparatum, sed gustandum est potius: ac si præferat ad strictionis quippian, etiam frigidum esse existimat, cœu illud, quod ab Iberia portatur, quod Spanum, id est Hispaniū nominant. Quod si nequaquam gustantibus adstringere appareat, sed adamuscum videatur dulce, id modicē esse calidū putandum. Porro si tenui quoque cernatur (tale est, quod purum est, quodque intuenti translucidum uidetur) ac modicum eius latissimè per cutem extensem sibi maneat continuum, celeriterque à cute combibatur, id uique pro optimo ducendū, ac olei uirtute quam maxime pollere, quale est Sabinum. Porro quod oleum lotum maximè expers sit mordacitatis, super possum est. Cæterum quo potissimum modo id probissimè laues, in sequenti tradam opere, quod inscribetur de medicaminum compositione, ubi & de Sicyonio, & si quod eius generis præterea oleum est, agetur. nunc simplicia prosequor, adiiciamque & de alijs olei speciebus sermonem. Iam quod ex agresti oliua oleum exprimitur, non simplicē temperaturam obtinet; sed extergit, simulque adstringit. Squalidissimum id est ex omni olei genere, & post Istricum quoque: deinceps illis est Hispanum. Pinguisssimum est Libicum, & Cilicum: simul autem pingue, & tenui Sabinum. In medio comprehensorum omnium sunt tum id, quod per Cyclades insulas nascitur, tum quod per Græciam, Asiamque. Porro oleum pingue estimatur, iudicaturque uiscositate: tenui uero si perluciat, si purum sit, si plurimum à minima eius portione inungatur, si facile à cute combibatur. Ex dictis cognoscere iam licet & de alijs olei generibus, quæ & equoce ipsiis dicuntur unguentis, puta rosaceo, melino liliaco, & quæcunque id genus floribus, fructibus, germibus, folijs in oleo maceratis conficiuntur. Horum quodque ubi una cum aromatibus præparantur, unguentum efficitur. Pro cuiusque inectorum natura oleum uariari contingit. Ex ijs ergo, que in toto hoc opere de quoque iniectorum generatim disces, sigillatim quoque confectum ex ijsdem oleum cognoscere dabitur. Quod Græci έλαιον, Latini Oleum dicunt. id Arabibus Cait, seu Zait nominatur: Italis, Olio: Germanis, Oel: Hispanis, Azepte: Gallis, Huyle.

Olei facultates ex Gal.

Oleum sylvestre.

Nomina.

IN PALMYRIS Syriae, quod elæomeli uocant, ex quodam caudice manat, oleum melle crassius, sapore dulci. Bilem, cruditatesque detrahit, sextario cum una aqua hemina dato. Sed qui sumptuere,

psere, torpescunt, & uiribus deficiuntur. quod minimè uereri oportet: uerùm crebro excitare, ne verno pressi somnos captent. Fit & oleum è pinguitudine surculorum. Optimum uetus, crassum, pingue, non turbidum. Calfacit: priuatim caliginibus oculorum illinitur: lepras, neruorumque dolores illitum emendat.

QUANQVAM quotidie plura, uariaq; mercimoniorū genera nobis ex Syria conuehuntur; Eleomeli tamē (quod sciam) non modō non conuehitur, sed ne ullum quadem unquam audiui, qui ipsum uiderit, uel nouerit. Ceteram Hermolaus uir quidem prestantissimus dubitat, utrum eleomeli sit manna, eleomelitis, & aeromelitis, quod mel acris significat, uicinitate deceptus. Quapropter non possum non admirari, doctissimum uirum huc in re dubitasse, cum tum Hermolai la-
plus.

Dioscorides, tum etiam Plinius, quibus cum longam contraxerat consuetudinem, communū sententia scribant, eleo-
meli oleum esse è quodam arboris caudice manans in Syrie Palmyris, non mel aereum, neque rorem, qui ab aethere
cadat. Eoq; magis, cū addiderit Dioscorides, non modō eleomeli per se ex arbore manare, sed & factitium ha-
beri tuis, exp̄ressisq; arboris surculis.

Κύνιον ἔλαιον.

CICINVM OLEVM.

CAP. XXXIII.

CICINVM oleum hoc modo temperatur. Maturi ricini, qua uoles quantitate, torrido sole flac-
scunt, & aliorum more cratibus instrati tantisper insolantur, dum uestiens cortex fractus decidat. Ca-
ro colligitur, & coniecta in pilam diligenter tunditur: postea in lebetem stanno illitum, qui aquā ha-
beat, demittitur, subiectoq; igni seruescunt: & ubi insitum prorsus humorem reddiderunt, sublato
ab igni uase, innatans oleum concha tollitur, & reconditur. Sed in Aegypto, ubi largior increbuit u-
sus, longè secus fieri solet. Nam repurgatos ricinos molæ mandant, & accuratè mollitos per sportulā
torculo exprimunt. Tum quidem ematur uerunt ricini, cū continentibus orbiculis exuuntur. Ci-
cinum oleum ad pforas, & ulcera capitis manantia ualeat: prodest sedis inflammationibus, uuluis con-
uersis, atque præclusis: item indecoris cicatricibus, & aurium doloribus: emplastra efficaciora red-
dit additum: potu aquam alio extrahit: uentris animalia pellit.

RICINIVM, sive Cicinum oleum, Cherue oleum officinis dicitur; quanvis rarioris sit usus. Nanque semen
plante, quam Dioscorides ricinum appellat, Arabum esse cheruan nemo est, qui ignoret: quod etiam Serapio pen-
tadactylum uocat, ut diffusus suo loco libro quarto explicabitur. Ceterum ricinus animalculum est foedum, liuidum,
& sanguine plenum, quod Italiz zecca uocatur, suis, canibus, capillis, & id genus animalibus infestissimum. Cui
cūm hoc semen forma, & colore sit quā simillimum; idecirco Ricini nomen sibi comparauit. Meminit huīus olei
etiam Mesues, qui præter uires ei à Dioscoride redditas, addidit, id ualide crassas coercere inflationes. Proinde uen-
triculi, laterum, coliq; doloribus prodeesse illitum, potum, & infusum.

Ricini olei cō-
sideratio.Ricinus unde
dictus.

Αμυγδαλιον ἔλαιον.

AMYGDALINVM OLEVM.

CAP. XXXIII.

AMYGDALINVM oleum, quod aliqui metopium uocant, hoc fit modo. Semodius ex amaris nu-
cibus repurgatis, siccatisq; in pila ligneo pistillo leniter tunditur in ossis, aquæ, quæ serbuerit, sex-
tarius adjicitur, & ubi dimidia hora humorem hauserit, uehementius quām antea tunditur: mox ta-
bellis premitur, & quod digitis hæsit, concha excipitur. Pressis nucibus rursum hemina aquæ insper-
gitur, & postquām ebiberint, idem opus prosequendum. singulas heminas reddunt singuli modij.
Contra uuluarum dolores, strangulatus, conuersiones, & eorundem locorum inflammations effi-
cax est: uitij renum, calculosis, difficulti urinæ, suspriosis, lienofisique proficit: dolores capitis, gra-
uitatem auditus, sonos incertos, tinnitusque discutit. maculas, & uitia cutis tollit è facie: & eam eru-
gat cum melle, radice lilij, & Cypria cera, aut rosaceo ce rato: & oculorum hebetudines emendat. ul-
cera capitis manantia, & furfures cum uino abstergit.

Cv'm amaran omnino dulci sit temperandum, delinquere sanè existimarem, si oleum ex dulcibus amygdalis ex-
pressum (et si illud Dioscorides silentio inuoluerit) ex amaris coifecto non adiacerem, rectumq; conficiendi modum non
explicarem: præsertim cū nostræ etatis medicis maximo sit usū, & pauci sint myropole, qui ipsum recte probeq;
confiant. Parandi igitur rationem (ut Mesues tradidit) sic habeto. Præstantiores, dulcioresq; amygdale, qua lubet
quātitate, ab utrisq; corticibus repurgatæ, optimè in lapideo mortario tm̄ tur, et in loco calido reponuntur, quinq; horarum spatio. dein parum iterum contunduntur: mox prælo tandem premuntur, quoisque omne, quod continent,
effluat oleum. Elicitur etiam hoc modo. Collocantur delibratae, contusæq; amygdale in uitreo, uel stanneo uase,
infunditurq; uas in balneo calentis aquæ. eximitur deinde tribus peractis horis, extrahunturq; amygdale, & statim
prælo calentes subiectuntur: itaq; oleum copiosius excipitur. Tritæ rursum amygdale, & repurgatae in fæculis
panno duplicato inuolutis sub arena, cincereue calido reconduuntur, & postquām effuberint, prælo oleum elicetur.

Amygdalini
parandi ratio.

Sed nostrates seplaslarij plurimum negligente, segnitiaeq; indulgentes non modō amygdalas non repurgant, neq;
delibrant; sed & amaras, & rancidas commiscent, & ontes simul conterentes, in æreum cacabum iniiciunt, igniq;
admonuent affuso aquæ tantillo, ne penitus torreantur: deinde in fæculum coniiciunt, et prælo summittunt, & quod
inde fluit oleum excipiunt. quod plerique exustionis nidorem tantum obolet, ut haurientibus illico euomendi pariat nau-
seam. Qui autem sic parant oleum amygdalinum, eius lenientem facultatem peruerunt, ac destruunt: siquidē con-
tufis

Myropolarū
ignavia, & la-
plus.

**Amygdalini
vires.**

tus amygdales non delibratis, oleum inde confectum corticem vires asseruat. Proutque constipat, et exasperat, et scabritatem inducit. id quod etiam adauget ignis violentia, dum in lebetibus amygdalorum torrentur. Hoc itaque diligenter animaduertens optimus Mesues Amygdalini faciundi rationem prodidit, ut uidelicet, cum purgante, contusaque essent amygdale, calore quodam suavi, ac lento leniter caleferent, sicut diximus, non autem carbonibus ardentibus, quemadmodum hodie ijs faciunt myropole, qui etiam alijs pleraque confundunt. Amygdalinum igitur, si recte probeque coagificatur, mirifice lenit. quare potum ad libra dimidium alium leniter deiicit: asperge arterias, pulmones, ac pectoris scabritatis tollit: duritias omnes emolliit: et compaginom, et membrorum omnium siccitates humectat. quo circumspectie plurimum conducit. Contra uulnorum dolores illatum et potum facile prestat: sicuti usque cruciatibus est efficax, si argentea fistula coniculum impulsorio instrumento injiciatur. Quod autem ex amaris amygdalis exprimitur, dulci in omnibus efficacius habetur. Idcirco in prouocandis lapillis, conciliandiisque usus cum cruciatibus a flatu crassiore genitis, dulci longe prestantius reperitur. Nimirum et obstrukiones aperit, et interaneorum tineas enecat.

Βαλανίνον ἐλαφίνιον. BALANINVM OLEVVM. CAP. XXXV.

S I M I L I modo fit Balaninum oleum. Quod repurgat maculas, lentigines, varos, & cicatrices nigras: alium soluit, stomacho aduersatur: contra aurium dolorem, sonos, & tinnitus auxilio est, cū anserino adipe instillatum. Similis sesaminum ex sesamo conficiendi ratio. Fit etiam è nuce iuglante oleum, quod caryinum uocant. Eandem uim habet, quam balaninum.

Balanini con-
federatio

Balanini facul
tare.

Sesaminū , &
cīus uires.

Oleum è nuci
bus iuglandi-
bus.

O L E U M unguentariæ glandis, quod Balaninum vocant, à pharmacopolis, & unguentarijs oleum de Ben appellatur: quoniam myrobalanum, quod Latini unguentariam nucem dicunt, ex qua hoc conficitur oleum, Mauritanii Ben appellant, ut latius libro quarto differemus. Consimili modo id Mesues fieri tradit. Et (ut idem etiam est auctor) abstergit, mundat, & obstrunctiones aperit. Illitum strumas dissolut, durosq; tumores. Frigidis tum iocineris, tum lienis affectibus opem mirificè præstat: facit & ad frigidas nervorum convulsiones, & compaginum cruciatus. Sed illud sibi peculiariter adscivit, quod etiam si diu ueterascat, haud quaquam rancidum evadit. Ideoq; unguentarijs expetitur ad suauissima odoramenta excipienda; præsentim cum moschō, & ambaro chirotheas illuminat. quo sit, ut nullo temporis trāclū rancorem unquam respiciant, ut facile evenerint, si alio quoniā oleo eo in opere interentur. Quam obrem mirari non licet, si ueteres fructum, à quo elicetur hoc oleum, glandem unguentariam nominaverint. Sesamum uero (ut Mesues inquit) amygdalini modo exprimitur. Quippe sesami repurgatum semen priuò cōtunditur, deinde eodem artificio calefactum prælo supponitur, tandiūq; premitur, quousq; oleum reddat. Id (ut idem testatur) pingue ministrat alimentum: semen adauget, asperitates quascunq; lenit, sed præcipue gulæ: uocem expedit, & duræ apostemata mollit. Adiicitur Sesaminum plerisq; unguentorum compositionibus, quorum in officiis est usus. Verum quod ē in glandibus nucibus elicetur, nullius in medicina usus esse reperio, et si lucernis, & lampadibus, qui pars monie student, id maximopere expetant. quippe ignis funiculo non tam citò consumitur, quam id, quod ex oliuis patratur. Præsentur etiam pictoribus eo, quod ē lini semine exprimitur. siquidem hoc cerusse admistum tractu temporis colorem immutat, illud uero incorruptum perpetuo asseruat.

Υοσκυαμίνιον ἔλαιον. HYOSCYAMINVM OLEVM. CAP. XXXVI.

H Y O S C Y A M I N V M sic fit. Semen candidum, recens, ac siccum tunditur, & calida aspergitur aqua, ut in amygdalino diximus: dumque insolatur, siccata, quæ sub manu sunt, partes cum reliqua massa permisceantur: hoc autem fieri oportet, dum nigrelicat, & grauiter oleat: mox pressum, ⁴⁰ atque excolatum reconditur. Ad aurium dolores efficax est: pessis mitetur, ad emolliendum utile.

Fit & è grano gnidio purgato, & tufo. Vis ei aluum soluere potu. Non secus cnicinum oleum temperatur. cui facultas eadem est, qua factò è gnidio grano, verùm inualidior. Rhaphaninum è rhaphani semine fieri solet, cæterorum more. Phthiriases mala ualitudine contractas tollit: scabritias cutis in facie emendat. Ad obsonia utuntur Aegyptij. Melanthinum idem, quod rhaphaninum potest, eodemque modo paratur. Tritum finapis semen, & calida aqua madefactum, adiecto postea oleo exprimitur. Id ad diuturnos dolores esticax est: transfert humores, qui in aliqua parte concreuerunt.

Hyoscyami-ni uires.

Hyoscyam.
parandi ratio.

Gnidium

T A M E T S I perpaucire reperiantur medici, qui Hyoscyamini oleum nouerint, ne dum in usum recuperent unquam; ego tamen id ipsum pluries confeci. Siquidem ad tollendos omne genus dolores, ubi cetera praesidia non iuuent, efficacissimum est medicamentum, praeferentiq; inflammationibus pudendorum utriusque sexus. Item acutissimis aurium doloribus medetur cum castoreo, uel croco instillatum. Prohibet preterea gonorrhœam, renibus & testibus illitum. Mensum exuberantiam cohibet, & albicantia uteri profluvia, tum pubi & lumbis perunctum, tum pessis infusum. Mammis à partu inflammatis utiliter illinitur. Dentium dolores mirificè mulcet, si tepidum in ore continetur. Pilorum exortum admodum retardat, alijs quibusdam additis, ita ut euulsi pili integro anno non renascantur, si eodem depilata loca sepius perungantur. At ipse in eo faciendo Dioscoridem minime secutus sum, sed aliam parandi rationem adinueni, que hec est. Sumito nouum, siccumq; hyoscyami semen, tundito deinde, ponitoq; in flanneo, uel nitreco uase, ardenti aqua, que è uino fit, parumper prius affusum. His factis ponito uas in calentis aqua balneo die, ac nocte, demum adhuc feruens sacculis imponito, et prælo subiicit, siccq; oleum habeto. Quod autem è grano Gnidio, quod rustici Ananienses montanum piper appellant, paratur, recessit hoc ex quo à medicorū usu, eo quod in dei scien-
da alio

da alio uiolentissimum sit medicamentum, rusticis tamen aptissimum, cum sepius, ne medicos consulant, coecum Gnidium deuorent: quo etiam sepius morte occumbunt. Porro Cnicinum (ut Mesues inquit) potum aqua intercute latoribus, niscerum obstructionibus, ventriculi, & coli cruciatibus à flatuositate genitis, efficax est. Sustifosis mirificè prodest, & uocem clarificat. E potum pituitam tum uomitionibus elicit, tum per inferna ducit. Rhaphaninum præterea, & Melanthinum aboluerunt, sicuti etiam Sinapinum: et si ubi ad summum excalacere opus fuerit, maximam opem præstare ualeant. Sinapinum uero non nisi collacrymantibus oculis exprimi potest: tanta enim est uaporis acrimonia, ut concepto uapore, illico prodeant lacryme. Misctur quandoq; cum eo, quod est pistaceis nucibus elicetur: perungunturq; eo genitalia in frigidis, ut felicius coëant, addito lasere, & mosebo.

Myrtivivorum ελαυον.

MYRTEVM OLEVM.

CAP. XXXVII.

MYRTI facundi ratio hæc est. E' myrtle nigra, sylvestri, aut sativa, foliorum mollissima quæque tusa premuntur: succo pares omphacini olei portiones adjiciuntur, subiectisque carbonibus inferuentur, donec concoquantur: innatans oleum deraditur. Sed longè facilior hæc compositione. Tenera folia contusa coquuntur in oleo & aqua, & quod innatat, eximitur. Priuatum alij dieicta in oleum folia in sole macerant: alij prius oleum inspissant malicorio, cupresso, cypero, & iuncico odorato. Efficacius est amarum gustu, & oleosum, uiride, translucens, & olens myrtum. Alstringit, & indurat: ideo medicamentis miscetur, quæ cicatricem obducunt: prodest ulceribus in capite manantibus, ambustis igni, & papularum eruptionibus. Facit ad attrita, & fursures, sedis rimas, condylomata, articulos laxatos: corporis sudores compescit: & ad omnia ualeat, quæ astrictionem, inspissationemque desiderant.

MYRTEVM myropole ferè omnes non quidem ex tenellis myrti frondibus, Dioscoridis more, conficiunt, sed è fructibus tantum, nulla seruata parandivatione. Quandoquidem myrti baccas contundentes, oleo, nigroq; uino immisscent, & in æcum cacabum transferunt, subduntq; (ut citius opus expediant) ignitos carbones, ibiq; tandem inferuentur, donec uinum totum absuntur: mox ab igne tollunt, pereolant, & asservant. Neq; animaduertunt conficiendi regulam à Mesue explicatam. siquidem is in calentis aquæ balneo, non quidem uolento carbonum igne Myrteum parari iubet: ex oleoq; omphacino fieri, non (ut ipsi parant) ex maturis oliuis expresso. Namq; ut balnei humani, ac leni calore olei compositione mirificè digeritur, ac eius omnes conservantur partes: sic contrâ uolento igne subditio peruerterit, & destruitur tota rei compositione. Sed quoniam reipublice beneficio (ut etiam ab ipso exordio pollicitus sum) decreui non preteriuitere quicquam, quod errores, qui indies contingunt, è medio tollantur, dico, oleum omne, quod officine ad medicamenta usurpat (illud excipio, quod ab arborum resiniis, stirpiumq; aliarum gummis, ut treis organis per sublimationem, ut chymistæ uocant, elicunt) uase uitreo, uel saltem stanneo in balneo calentis aquæ fieri debere: & inibi primum impositis imponendis tribus diebus macerari: post tertium uero diem expressis cunctis prius impositis, & recentibus infusis pari temporis spatio, eodem in balneo, eadem macerari. Itaq; tandem opus prosequendum, donec sibi oleum amplissimas exceptorū medicamentinum comparauerit uires. Verum ingens hominum lucrui audiitas, auricq; ingluuies, ut admodum superluerentur, arcantiq; duro ad summum usq; impletant, non patitur myropolas necessarium tempus impendere ad medicamenta exacte paranda: eos, inquam, qui continuè magis erumenis intendunt, & inhant, quoniam ut uite agrotantium satagant. Probi tamen, & diligentes hec mea uerba boni consulant, his uero mali errores emendent suos. Idecirco Myrteum oleum, quod myrti præstantiam ad plenum referat, hoc modo temperatur. Sunto fructuum myrti libram, foliorum eius recentium uncias decem, uini nigri adstringentis libras duas, olei omphacini libras quinque: deinde contusis baccis, ac folijs omnis oleo excipio, & uase uitreo, uel stanneo reponito, tectoq; uasis ore in balneo calentis aquæ immergito, & post tres dies extrahito, ac percolato. Rursum assumptis recenter baccis, folijs, & uino, ut ante oleo exceptis, in eodem balneo omnia recondito ad tertium usq; diē. At postremo uasis ore detecto, tandem id apertum finito, donec balnei seruore uinum totum exiliat, & oleum tantum remaneat. Nec audiendi sunt ij, qui Dioscoridis testimonio, æneo cacabo (ut suprà dictum est) substratis carbonibus Myrtinum conficiunt. Quippe Diosecoridis tempore ars media non adeò exulta erat, quin nec seplastaria, ut nostra hac ætate esse uisitatur. Quanobrem putandum, quod si huius balnei artificium Dioscoridi innotuerit, ipsum haud quam silentio præteriisset, ueluti nec illud Mesues, nec alij complures præterierunt, qui summo studio, & diligentia medicam facultatem excoluerunt, & in ordinem redegerunt.

Δαφνivov ελαυον.

LAVRINUM OLEVM.

CAP. XXXVIII.

LAVRINUM fit hoc modo. Lauri baccæ cum maturæ sunt, in aqua coquuntur: siquidem ex obducto cortice quandam pinguitudinem reddunt, quæ manibus subacta, concha excipitur. Alij omphacinum prius oleum cypero, iuncico odorato, & calamo inspissant, deinde tenera lauri folia concoquunt. alij etiam baccas, donec oleum odorem contraxerit. alij myracem, & myrtum addunt. Optima laurus ad id latifolia, & montana. Oleum laurinum utilius, quo recentius, quoque uiridius colore, amarissimum, & acre. Vis ei excalactoria, emolliens: venarum spiracula aperit, laesitudines discutit: omnibus neruorum uitijs, algoribus, destillationibus, aurum doloribus, malis renunt frigore contractis, illitum non aliud iuuantius; attamen potum nauseam parit.

LAVRINI

Cnicinum.

Rhaphaninū.
Melathinum.
Sinapinum.In myrtle
officinali la-
psus.Olei omnis
generis para-
di ratio.Myrti para-
di ratio.

urn:nbn:de:hbz:0612-171031-p0163-3

DFG

Laurini con-
sideratio.

Laurini uires
ex Mesue.

LAURINI conficiendi rationem aliter à Mesue institutam legimus, sed tamen ab hac parum recentem. Ideoq; quod id parum, uel nihil referat, rem ipsam silentio prætereundam duximus: præsertimq; quod non me latet, Laurinum, cuius est usus in officinis, à seplastarijs nequaquam fieri, sed ab alijs confictum emi, qui lecta magna lauri baccarum quantitate ipsum eliciunt artem exercent. Mesues præter facultates à Dioscoride traditas, id summè laudi-
davit & ad tocineris dolores, & ad hemicraniam, quæ frigidis contrahitur succit. Quin & ad uentriculi dolores, co-
li, uulue, & lienis efficax esse tradidit.

ΣΧΙΨΙΟΥ ΕΛΑΥΟΥ.

LENTISCINVM OLEVM.

CAP. XXXIX.

SIMILIS Lentiscini ratio. Nam è maturo fructu temperatur, factis prius spissamentis, ut in laurino diximus. Hoc scabiem iumentorum, canumque sanat: utilissimum pessis, acopis, & leprarum medicamentis: sudores cohibet. Nec secus Terebinthinum fieri solet: quod t̄ refrigerat, & astringit.

Lentiscini pa-
randi ratio, &
uires.

Terebinthini
consideratio,
& uires.

LENTISCINVM pluribus in locis Hetrurie conficitur, sed præsertim in agro nostro Senensi, Ilua, & Gilio Tyrrheni insulis, non longè à continenti nostra distantibus. Fit autem ab incolis hoc modo. Racemosas lenti-
sci baccas assument, & à putaminibus cunctis expurgant, permittuntq; aliquot diebus simul flacescere: deinde ma-
gnum in abenum collocant, affusa aqua: & igni tandem feruent, donec baccae debiscant: demum eas extrahunt, &
fascis includunt, præloq; subiiciunt, expressionq; asseruant oleum. Quod & quibusdam Adriatici insulis hac simili-
ter ratione confici audio, absque alterius ciuiusvis olei admixtculo: siquidem fructus is per se olei satis emittit. Incole
(ut experimento comprobatum affirmant) ad acuendam oculorum aciem, caliginesq; delendas, illud cibis commi-
scant. At ego eo sèpius usus sum magno sanè iuuamento in dysentericis, non quidem potu exhibito, sed clysteribus
infuso. Lentiscinum summis laudibus extulit Galenus lib. v. de compos. medic. secundum locos, ad gingivaram, & lin-
gue inflammations, si os eo colluatur. Quod autem fit è fructibus terebinthi, quos Mauritani grana virida nun-
cupant, non fit in Italia, neq; ad nos (quod equidem sciām) aliunde conuebitur: proinde non uenit in usum. Hoc tamen
(ut Mesues inquit) uulnera consolidat. Medetur item conuulsis, opifhotonicis, neruorumq; duritijs, & cerebellim
cataplasmatis admiscetur.

† In his uerbis mendum subesse putamus, ut etiam doctissime adnotauit Manardus Ferrarensis lib. viii. epist. pri-
ma. Alijs siquidem sibi ipst̄ repugnasset Dioscorides, cum scripsit in Terebinthi mentione eius fructus excalface-
re; hic uero dicatur, oleo ex eisdem parato inesse refrigerandi facultatem. Huic deprauatæ lectioni illud quoq; re-
fragatur, quod sint nobis Græci Dioscoridis codices, in quibus uerba illa de Terebinthini olei facultatibus non legun-
tur, sed de eius tantum conficiendi ratione nentio habetur.

ΜΑΣΙΧΙΟΥ ΕΛΑΥΟΥ.

MASTICHINUM OLEVM.

CAP. XL.

MASTICHINUM è trita sit mastiche. Quod contra omnia uulue mala efficax est: medio-
criter calsat, astringit, & emollit. Aduersus prominentes stomachi duritias, cœliacorum, dysen-
tericorumque cruciatus utile: faciem emaculat, & colorem nitidum facit. optimum in Chio insula
componitur.

Seplastarij
laplus.

MASTICHIINI parandi rationem, sanè quam paucis Dioscorides perstrinxit. quippe è trita tantum Mastiche
fieri tradidit, nulla alia explicata conficiendi ratione. Seplastarij autem nonnulli prorsus oblieti, scripsisse Mesuem
in balneo calentis aquæ Mastichinum confici debere, communis oleo, albo uino permixto: mastichen admiscent, & æro
uase carbonum igni admovent, ibi: q; tanto tempore effervescente finunt, quo ad unum prorsus exiliat, ac inde usui af-
feruant. At ipse uitreis organis è purissimo tantum mastiche illud sèpius confici.

ΜΥΓΑV ΟΥΛΒΩΣ.

VNGVENTORVM COMPOSITIO.

CAP. XLI.

DE RATIONE vnguentorum consequēter tractandum existimauimus: quandoquidem ea in nō-
nullis corporum uitijs, aut medicamentis mista, aut corporis perfusa, aut naribus obiecta, plurimum
prosunt. in quorum probationibus consulere nares oportet, an ea oleant, ex quibus temperantur.
Optimum huiuscmodi iudicium. quod tamen in quibusdam planè obseruari non potest, propter
ea, quæ admiscentur, odore cæteris præualentia: ut in amaracino, & crocino, telino, & plerisq; alijs,
qua crebra circa hæc meditatione experiri conueniet.

ΡΟΔΙΟΥ.

ROSACEVM.

CAP. XLII.

RO SACE VM sic fit, Iunci odorati quinque libras & bessem tundito, & subactas aqua in virgin-
ti olei libris, & quincuncie subinde mouendo, coquito: dumque percolaueris, in olei libras uiginti,
& quincuncem, adjicito rosas non madefactas numero mille, & manibus melle perunctis identidem
moueto, interdiu premens, finito nocte tota macerari, postea exprimito: & ubi incrementum pes-
sum erit, mutato uase, in craterem melle illitum recondito. Cæterum rosas, quæ antea pressæ fue-
runt, in labellum demittito, & affusis octo libris & quadrante spissati olei, iterum premito, eritque
secundarium oleum. Quod si tertias usque, quartasue perfusiones infundens exprimere uoles, se-
cundarium